Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

putrium eius et peccatum matris eius non deleatur. Immolantes parvulos in torrentibus subtus imminentes petras. Qui habitat in arida aquas et in vallibus et in locis tenebrosis que maligni spiritus amant parvulos suos immolaverunt. Psalmista nos docet. Immolaverunt inquit filios suos et filias suas demonijs. Effuderunt sanguinem innocentem sanguinem filiorum et filiarum suarum quas sacrificaverunt sculptilibus chanaan. Omnia igitur peccata patrum redierunt super capita filiorum quia in tempore communis manus mittere non timuerunt. Qui et ipsi filijs suis participantes dicebant. Sanguis eius super nos et super filios nostros.

In partibus torrentis pars tua hec est sors tua et ipsis effudisti libamen. Obtulisti sacrificium. Numquid super hijs non indignabor.

Hec inquit tua pars hec tua sors est tibi non in templo ubi sacrificari preceptum erat sed in aquas ut supius dictum est et in partibus torrentis. Et ipsis quidem demonijs. Quoties tibi in partem elegisti oblata quatenus sit pars hereditatis tue effudisti libamen et obtulisti sacrificium secundum illud. Immolaverunt demonijs et non deo dijs quos ignorabant. Numquid super hijs non indignabor. Si enim modo primus peccare cepisses secundum forte esset tibi. Nunc autem quia a malis cepisti et in peiora finisti superest ut in te iudicetur. Super montem excelsum et sublimem posuisti cubile tuum et illuc ascendisti ut immolares hostias et post ostium et retro posuisti postem memoriale tuum. Deus enim in excelsis montibus aras constituere ibique immolare vitre frequenter in regum nolumine inuenitur tamen excelsa non abstulit. Qui nos immolabant et hostiarum pellibus cubile sibi faciebant ut superuenientes aliquid sumpserint. Ponebant autem simulachra quos penates uocabant. Apres introducet et familiares deos post hostium et retro postem ut egredientes et ingredientes eorum semper eis et familiam commendarent. Semperque eos in memoria haberent. Vitre et memoriale eos uocat.

Quia oblita me discooperuisti et suscepisti adulterum. Dilatasti cubile tuum et pepigisti cum eis. Dilexisti stratum eorum manu aperta et ornasti regi unguento et multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul et humiliata es usque ad inferos. In multitudine uie tue laborasti et non dixisti quiescam. Vitam manus tue inuenisti. Propterea non languisti. Cum inquit iaceres in terra me et ego te quasi coniugem cantius brachijs amplectarer tu in pro fecere discooperuisti te et suscepisti adulterum et me iacente cum volis fornicata es. Dilatasti cubile tuum in quo solus ego tecum iacere solebam et in tui coridis letro cancris demonibus hinc illum prauisti. Et pepigisti cum eis quod omnem inquitatem excubat. Humanum est enim peccare diabolicum uero a peccato nolle recedere dilexisti stratum eorum manu aperta. Decasti nec eum busti si cum eis concumbere manu aperta dilexisti. Si quidem eis manu propria sacrificium impositisti. Et ornasti te unguento regi tuo. Hest oroloch qui interpretatur rex et multiplicasti pigmenta tua quibus tuos ubi attraheres amatores. Sua uiora namque sunt et magis delectant et ungentia quoque uirtutes. Misisti legatos tuos procul angelos uiteliceratre repellens. Huc etiamque longe positum gentium reges coluisti et humiliata es usque ad inferos ubi simul cum dijs tuis sine fine cruciaberis. In multitudine uie tue laborasti et non dixisti quiescam propter multitudinem tuam cessisti multa mutia secuta es in milijs inquietudinibus laborasti. Neque es recordata ut a malo cessares et priam ageres. Et tantem uitam manu tue inuenisti. Quoniam secundum uitam et consolationem eiam et secundum operationem manus tue recepisti. Propterea non languisti quia tua te conscia accusauit te pisti.

Pro quo sollicita timuisti quia me oblita es et mei non es recordata neque cogitasti in corde tuo neque cogitasti in corde tuo quia ego tacens et quasi non uidens et mei oblita es. Ego annuntiabo iustitiam tuam et opera tua non proderunt te cum clamauis liberent te congregati tui. Pro eo inquit quia tu in summo timore et in ope inquietaris sollicita semper et sedula quiescere aliquid noluisti et quia plusque me illa timuisti. Et quoniam in eu fecem promiseras et in matrimonio conuinctam fuerat mentita es et mei non es recordata ut saltem post fornicationem priam ageres et michi conciliari uelles et quia non cogitasti in corde tuo quia ego tacens et qui non uidens adulteria tua dissimulabam et qa obstinata penitus mei oblita es. Ecce ego annuntiabo iustitiam tuam